



Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

2 Liberalem esse in viros doctos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

SIGNVM II.

LIBERALEM ESSE IN VI-
ros doctos.

*Liberalem
esse in de-
tos.*

1. *Florentini Philippum Decium Mediolanensem* Pifis iura profitentem annuo stipendio mille quingentorum aureorum honorarunt. *Tertius* sibi plener in Epitaphio suo, quod Pifis in Camposanto extat.

*Vide Sig-
num 53.
part. I.*

2. *Cn. Pompeius Magnus Theophanem Mityleenum* rerum suarum scriptorem in cōcione mihiū ciuitate donauit, omnibus illud factum approbantibus. *Cir. pro Archia. Val. lib. 8. c. 15.*

3. *El. Iosephus Galileus Prefectus Historicus clari-* *ssimus, captus à Tito Vespasiano, virtute sua Im-* *peratorē ita sibi deuinxit, ut cū Hierosolymas* Titus excideret, liberū ei fecerit quidquid vel- *let ex ruinis patriæ eripere. At is nihil aliud, quā* *scicos Codices, fratris vitam cum so. amicis sibi* *donari petiit. Quin etiā cū in Templo numero-* *turba Iudaorū inclusa esset, 190. illorum, ami-*cis sibi deuinctorū, liberauit absq; vlo pretio.* *Praterea pro ijs agris, quos in agro Hierosoly-* *miano possederat, alios ei Titus ante Princi-*patū inhabitarat, ei dono dedit, cum annua pen-* *sione. Libros illius Historicos, sigillo suo munis-*tos in Bibliotheca publicauit, ut omniū lectioni* & iudicio expositi essent. Tantos honores pro-*pterer eruditonem cum pari prudentia & integri-* *tate consequutus est. Iosephus in Vita sua.****

4. *Vespasianus Imp. Salucio Basso Poëta* una donazione quingenta donauit, hoc est, (Belgica moneta) duodecim millia Philippicorum, (Italica Duatorū.) *Tac. 2. hist.*

5. Tacit-

5. *Tacitus* Imp. Cornelium Tacitum scriptorem
historiae Augustæ in omnibus Bibliothecis col-
locari iussit, &, ne lectorum incuria depente,
librum per singulos annos decies describi cur-
uit.

6. Græculus quidam ita captare solitus est a
gustum Casarem. Descendenti à Palatia hono-
rum aliquod Epigramma porrigebat. Non
frustra sæpe fecisset, nec destitutum videtur a
gustus, Epigramma bene Gracum manu in-
scripsit, & Graculo ad se venienti obuiam in-
veluti carmina carminibus pensaturus. Grac-
ulo acceptum legit, ac non solum voce, verum en-
vultu gestuque corporis laudavit carmen, ne-
tusque est. Deinde cùm accessisset ad feliam.
Cæsar vebatur, demissa in pauperem cum
manu, pauculos denarios protulit, Cæsar
tulit his verbis: οὐ κατατύχει τοιούτοις
έπιπλον εἴχομε πλεόν ἐδίδυμον: non iuxta nom-
nam tuam Auguste, si plus haberem, plus dare
Sequito omnium risu, dispensatorem Cæsa-
ravit, & festertium centum millia Graculo
merari iussit. Bene cessit Graculo palam ex-
brata Principi parsimonia, vel potius nra
Macrobi. lib. 2. Sat. c. 4. Suet. Bruson. lib. 4. 4.

7. Salomoni Regi sapientæ nomine Regi
populi omnes munera offerebant, quoniam
sa argentea, aureaque, vestes, aromata, am-
bos, mulos. Nicaula Aegypti & AEthiop-
gina ei præter gemitas & aromata aurum
ta dono dedit. 3. Reg. 10.

8. L. Lucullus tanta fuit in omnes, erudi-
cipue, liberalitate ac benevolentia, ut de
eius Græcorum Romam venientium pyc-
nus diceretur. *Plut.*

al. breue:

9. *Adrianus Imp.* cūm intelligeret quosdam, qui Romā docuissent, prōpter ingraucentem etatē muneri amplius satisfacere non posse, etatis & diuturna professionis ratione habita, eos diuitijs, honoribusque honestanit, ac vacare vitæ reliquum iussit. *Pont. liberal. c. 11.*

10. *Alexander Xe nocrati Philosopho* 50. talento misit: ea cūm ille recusasset accipere, dicens, sibi non esse opus: interrogauit an ne amicum quidem vllum haberet, cui esset opus. Nam mihi, inquit, vix Darij opes in amicos suffecunt. *Plut.*

11. *Eobano Hesso aliquando nobilis, Gualterus nomine, duos boues promisit, si, dum equum ipse ascenderet, versum ex tempore componeret. Tum Eboanus sine vlla mora in ipso vestigio versum hunc protulit: Ascendat Gualter, veniat bos vnum, & alter: atque non multo post promisfos sibi boues accepit.*

SIGNVM III.

LIBERALEM ESSE IN EOS,
qui componunt, & interpretantur
viles Reip. libros.

Admodum gloriosum est vrbibus & nationibus integris, vnum aut alterum ciuem habere, qui doctrinæ gloria excellat, quasi vnius virtus ad communem laudem pertineat.

1. *Alexander Magnus Rex inflammatus cupiditate animalium naturas noscendi, delegataq; haec commendatione Aristoteli, aliquot millia hominum in totius Asiae Græciæque tractu, quos ven-*

Pp

SUS,